



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Nugivenduli, Vani.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Blasphemi.

Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam. Posuerunt in calum os suum [blasphemando] & dixerunt quomodo scit Deus? & si est scientia in excelsis. Pl. 72. Nolite extollere in altum cornu vestrum. Nolite loqui adversus Deum iniquitatem; quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus (effugium ab ipso) quoniam Deus Judex est. Pl. 74. In campo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Pl. 31.

Nugivenduli, Vani.

Non est in ore eorum veritas, & cor eorum vanum est. Pl. 5. Non sedi cum concilio vanitatis. Pl. 25. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Pl. 118. Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. Pl. 77. Filii hominum usquequo gravi corde! ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium. Pl. 4. Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Pl. 39.

Fraudulenti, Adulatores.

Disperdat Dominus universa labia dolosa & linguam magniloquam. Pl. 4. Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula. Pl.